



C U M D E O!

§. I.



Emadem Atheniensem Atheniensibus expro-
brasse relatum legimus , quod nunq am de
pace nisi in bello , nunquam de tranquillita-
te nisi in tumultu , nunquam de lœtitia nisi in
tristitia consultarent. Idem forsitan & no-
bis pollicearunt , non sustinemus , dum , cum
omnib[us] horti gloria sub Jove frigido emortua
jacet atque sepulta , hortorum suscipimus
tractationem. Mille siquidem , ut cum Poë-
ta loquar , hominum sunt species , & tamen velle suum cuique est.
Sed quemadmodum suo tandem Demades exemplo discebat ,
de paupertate etiam in divitiis consultandum esse , nisi in eam in-
cidere velis : ita facili negotio rectius sentientes in eo nobiscum
consentient , quod tum demum , homines bona sua intelligent ,
cum , quæ in potestate habuerunt , ea amiserunt. Age igitur ,
Lector Benevole , in hortum te duco , aperio tibi paradisum ,
ostendo Midæ rosetum , Alcinoi Pometam , Thessalica tempe ,
rem procul dubio amoenissimam , an utilem pariter , judicabis ipse :
Siquidem in horto mors intravit in mundum propter peccatum ,
& in horto Filius Dei θρόνος sanguineos sudavit propter ju-
stitiam nostram. In horto mulier labitur , in horto Christus pro-
ditur : in horto rea damnatur , in horto damnata liberatur : In
horto misera maledictionis falmine dejicitur : in horto dejecta eri-

A 2

gitur